Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

nunc quis acceptabile. Ecce
nunc dies salutis. Neminem
dantes ullam offensionem
ut non vituperet ministerium no
strum. Sed in omnibus exhibea
mus nosmetipsos sicut dei ministros
in multa patientia. in tribu
lationibus. in necessitatibus.
in angustiis. in plagis. in
carceribus. in seditionibus. in
laboribus. in vigiliis. in ieiu
niis. in castitate. in scientia.
in longanimitate. in suavi
tate. in spiritu sancto. in caritate
non ficta. in verbo veritatis. in
virtute dei per arma iustitie a
dexteris et a sinistris. Per glo
riam et ignobilitatem. per infa
miam et bonam famam ut se
ductores et veraces. Sicut
qui ignoti et cognoscimur. Qua
si morientes: et ecce vivimus:
ut castigati. et non mortificati.
Quasi tristes: sed semper gau
dentes. Sicut egentes: multos
autem locupletantes. Quasi
nichil habentes et omnia possi
dentes. GE Angelis suis man
davit de te ut custodiant te in om
nibus viis tuis. ℣. In manibus por
tabunt te ne unquam offendas ad
lapidem pedem tuum. Tract. Qui
habitat in adiutorio altissimi in
tegmine dei celi commorabitur. ℣. Di
cet domino susceptor meus es tu et
refugium meum deus meus sperabo in eum.
℣. Quia ipse liberavit me de laqueo
venantium et a verbo aspero. ℣. Scapu
lis suis obumbrabit tibi et
sub pennis eius sperabis. ℣. Scuto
circumdabit te veritas eius non timebis
a timore nocturno. ℣. A sagitta volante per diem
a negotio perambulante in tenebris a ruina
et demonio meridiano. ℣. Cadent a latere tuo mille et decem
milia a dexteris tuis tibi autem non
appropinquabit. ℣. Quoniam angelis
suis mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis. ℣. In ma
nibus portabunt te ne unquam offen
das ad lapidem pedem tuum. ℣. Super aspidem et basiliscum ambula
bis et conculcabis leonem et dra
conem. ℣. Quoniam in me speravit liberabo eum protegam eum quoniam cognovit nomen meum. ℣. Invocavit
me et ego exaudiam eum cum ipso sum in tribulatione. ℣. Eripiam eum et glorificabo eum longitudine dierum
adimplebo eum et ostendam illi salu
tare meum. Secundum matheum.
Illo tempore. Ductus est iesus in
desertum a spiritu ut tentaretur
a diabolo. Et cum transisset quadragintа diebus et quadra
gintа noctibus: postea esuriit.
Et accedens tentator dixit ei:
Si filius dei dic ut lapi
des isti panes fiant. Qui re